

## Aduertencias para

Regularibus non esse facultatem concessam  
absoluendi fideles à casibus jure Episco-  
po reseruatis. Hoc probatur per dictam Cle-  
mentinam vbi ait Clemens. 5. Nolumus  
potestatem in hoc illis [scilicet Fratribus Pre-  
dicatoribus & Minoribus debite presentatis  
& ab Episcopis acceptatis] impendere am-  
pliolem, quam eam, que Parochialibus Sa-  
cerdotibus & Curatis à iure concessa est. Et  
Benedictus. 11. in Extrauagant. Inter cūctas  
de Priuilegijs hoc idem statuerat dicens in.  
§. Vt autem. Per hoc autem non intendimus  
quod sepe dicti Fratres qui ad hoc eliguntur of-  
ficium exercendum, plus habeant in audien-  
dis confessionibus & pœnitentijs iniungen-  
dis: q̄; Parochiales Sacerdotes noscuntur ha-  
bere. Sicq; de calibus Episcopis & Superio-  
ribus quos inferius a notamus ac Sedi Apof-  
tolice reseruatis, se nullatenus intromittant.  
Hæc ibi. In quam sententiam omnes Docto-  
res [nullo excepto] conspirant. Videat Fra-  
ter Emanuel. Tom. 1. q. 61. art. 2.

10 ¶ Septimum & maius dubium est. An E-  
piscopi possint reseruare Fratibus confesso-  
ribus expositis, & acceptatis secundum for-  
mam predictæ Clementinæ aliquos casus vl-